Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

17. Quibus casibus ipsi jus nobis dicere poßimus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Visual Library

verſias qualeſcuncque eæ eſſent, ſingu-
lari pugna dirimi juſſit. Cuius impietati
notâ laborat etiam Federici I. conſtitu-
tio de pace tuenda. *2. Feud: 27.* Cur enim
in vulnera, & cædes eos patiamur ruere,
quos Prœtor iuriſdictione ſuâ poteſt
componere. *L. ſi cuius: 13. §. æquiſſimum: ff.*
de uſufruct: Alciat: de ſingul: certam.

17. Fatemur tamen non deeſſe caſus,
quibus ſine judicio ipſi quaſi jus nobis di-
cimus, cum nimirum aut ſerum eſt leges
expectare, aut publica devotio id poſtu-
lat. Ita deſertorem militiæ, transfugam,
nocturnum populatorem agrorum, la-
tronem ſeu viarum obſeſſorem impunè
occidimus *L. 1. & 2. C. quand: lic: unic. vind.*
ſe vel publ: devoc: L. 3. §. ult: ff. ad L. Cornel: de
Sicar: Denique quicunq; aggreſſor vitam
noſtram appetit, eum impunè occidere
licet, ſi modò aliâ ratione periculum nul-
latenus effugere poſſumus. *L. Scientiam 45*
§. qui cum aliter ff. ad L. Aquil: L. vi vim ff. de
juſt: & jur: L. 3. § eum igitur ff. de vi & vi arma:
cap: ſignificaſti, & Clemen: ſi furioſus de homi-
cid: docetq; ipſa naturalis ratio, ut videre
eſt apud Tullium Orat. pro Milone.

18. Nec